

funditur, & clyisma nominatur, aeturi sumus.

Clyster in genere medicamenti genus est, quod liquidum intra partem aliquam corporis iniicitur. Proprie vero medicamentum, quod liquidum intra intestina per anum clystere iniicitur. Nam & medicamentum & ipsum instrumentum, quo medicamentum iniicitur, clystere dicitur, Galen.

a 5. meth.
10. a. & ex Iurisconsulto Vlpiano l. item si obstetrix. D. ad l. Aquil. lib. 9. tit. 2. Si quis per vim aut suasu medicamentum alicui infundit, vel ore vel clystere, vel si eum unxit malo veneno, de lege aquilia eum teneri, quemadmodum obstetrix supponens tenetur &c. Gr̄cis κλυσίη κλυσίειον κλύσμα. κλυσμός, nomine ab effectu deducto, ἀπὸ τῆς κλύσεως, i.e. ab eluendo. Quare Latinis lotorium seu lauamen dicitur. Alii ut medicamentum ab instrumento distinguant, κλύσμα vocarunt, vt Dioscorides, κλυσμάτιον Hippocrat. Quibusdam ζυγλυσμα à modo etiam vtendi. Actuanus secutus Dioscoridem & Galenum ιγέρατα, i.e. infectiones vocavit. ἀπὸ τῆς ιγέρατης, quod infundere significat.

Instrumentum vero fuit Galeno, vt multis apud ipsum locis videre est, vesica, cui cornea, vel alterius materiae fistula (vt ex buxo) recta & perforata ad finem annexa erat. Nunc vero aliqui vesica, alii eius loco sacculo coriaceo, alii syringa vtuntur.

Vesica tamen commodiore est sacculo coriaceo, quia non ita commode comprehendi potest, nec ita certi sumus, vtrum totum medicamentum sit iniectum, sicut cum vesica utimur, quæ egredie manu comprehendi potest; Et syringa commodissima, quia per hanc vno quasi iniectu medicamen-